



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Iuridica,|| Sev Ius Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

De asylis Ecclesiarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](#)

DE A SYLIS EC- CLESIARVM.

THEODOSIUS ET VALENTINIAN.
Impp. in l. 3. C. De his qui ad Eccles. confug. &c.

Pateant summi Dei templo timetibus, nec
sola Altaria & oratorium templi circum-
iectum, qui Ecclesias quadripartito parietum
septu concludit, ad tuitionem confugientium
fancimus esse proposita: sed usq; ad extrebas
fores Ecclesie, quas oratum gestiens populus
primas ingreditur, confugientibus aram sa-
lutis esse precipimus, ut inter templum, quod
parietum descripsimus cinctu, & post loca pu-
blica, & ianuas primas Ecclesie, quicquid fue-
rit interiacens, siue in cellulis, siue in domibus,
hortulis, balneis, areis atque porticibus confu-
gas interioris templi vice tueatur.

Ecclesiae quo-
usq; pateant
ad eas securi-
tatis causa co-
fugientibus.

Lex ista reperitur etiam in C. Theodosiano, & in
Photij Nomocanone, tit. 5. cap. 1. & tit. 9. cap. 27.
Et in lib. pretermis. Cod Iustinianai classe. 1. fol. 12
col. 3. Eius quoq; meminit Harmenopolis lib. 2. Pro-
chri. tit. 9. Scribit Otho lib. 4. Chronic. cap. 19. Eu-
tropium, qui persuaserat Imp. Arcadio & Hono-
rio, ut legem ferrent, qua liceret eos, qui ad Eccle-
sias confugerent inde abstrahere, in id discrimen ad-
ductum fuisse, ut cogeretur ad Ecclesiam confugere
propter Imperatoris indignationem, sed eo iure ut
prohibitum fuisse, ut qui contrariam legem fuisisset.
Idq; diuino iudicio factum ei à Ioanne Chrysostomo
exprobatum fuisse, quod etiam tacite hac sua lege,

Theodosius



236 DE ECCL. CATH. ET TEMPL.
Theodosius iunior, qui illis successit, & legem iura
per hanc legem abrogauit, significat.

DE ECCLESIA HIEROSOLYMITANA.

Quanto studio dilexerit atq; psecutus fu-
rit Iustinianus Imp. deore domus Dei
et quam enixe Catholiconum Ecclesias (excep-
sum mam laudem meritus est) prospectum e-
se voluerit, inter alia pluim, cognoscitur e-
in eius nouella constitutione quadragesima
vbi amplissimo fauore ac zelo pietatis prolo-
quitur ecclesiam Hierosolymitanam (que san-
cta resurrectionis, forsitan etiam hodie vota-
tur) & simul mirabilem Dei & Domini nelli
Iesu Christi dispensationem, qua ineffabilis
multitudinem (deuotionis causa illuc co-
rentem) quotidie excipiat, paucisq; sustene-
panibus. Si enim, inquit imperator, omnium
Dominus & artifex dignatus est tantam au-
dare prærogatiuam super cæteras ciuitates, v-
ex ea secundum carnem resurgeret: mani-
stum est, quod & nos Dominum Deum, et na-
ra eius opera, quantum in nobis fuit, imitan-
prærogatiuam aliquam ipsi supra cæteras Ec-
clesias dedimus: vt ipsa iam frui debeat no-
stra lege, quam, vt feracitatem quandam ex-
Carpophoriam illi depromimus, quod ip-
commodum est in primis eligentes atque a-
stimantes. Auth. Ut Eccles. sanct. resurrec-

Nota miracu-
lum quod in
templo Hie-
rosolymitano
etiam Iustini-
ani temporib⁹
fieri solebat.

Ecclesiæ Hie-
rosolymitanæ
privilegium.

